

**05**

**A**

**405**









DISPUTATIO DECIMA

*Problematum ac Controversiarum  
Physicarum Generalium.*

*De*

**QUALITATIS NE-  
CESSITATE IN CORPORE  
NATURALI.**

*Quam*

Movente ac promovente Deo,  
vero Servatore

PRÆSIDE

**M. ZACHARIA FLOT-**

**VVEDELIO** Brunsvigâ-Saxone.


*In florentissimâ Academia Leucorea*

*Publicè ventilandam exhibet*

**DETHMARS BUSMANNUS**

Cellâ Saxo

*Ad diem 2. Decembris in veteri Collegiö, horis  
antemeridianis.*



WITTEBERGÆ

*Exscripta typis Iohannis Matthæi,*

ANNO M. DC. XV.







VIRIS

*Reverendâ dignitate, eruditione, omniumq[ue]  
virtutis generum integritate & gravi-  
tate conspicuis*

Dn. JOHANNI ARNDT Cellensium  
Ecclesiæ Pastori fidelissimo & dignissimo, to-  
tiusque Ducatus Lunæburgiaci Superin-  
tendenti vigilantissimo.

Dno. M. JOHANNI TIMMIO Illustris-  
simorum Ducum Brunsvicensium ac Lu-  
næburgensium Concionatori  
aulico.



05 A 405

Dno. Francisco Busmanno

P. S. C.

Dno. Georgio Gronhagen

Dno. Guilielmo Storchio

Ejusdem Ecclesiæ Cellensium  
Diaconis fidelissimis.

*Dominis ἐυεργέταις ac promot oribus suis, singulari animi  
observantia colendis ac prosequendis, hanc talem,  
qualem συζήτησιν physicam in-  
scribit*

Respondens.





περὶ οὐσίας.



Non inconvenienter vulgò dici solet, quòd *omne bonum sui sit communicativum*. Etenim cum constet, finem & bonum convertibilia esse, ita ut quicquid suum certum & determinatum habet finem, illud etiam bonitatis rationem ex necessitate agnoscat, atque vicissim: Quodcunque bonum est, vel bonitatem aliquam ob suam essentiam præsuppositam possidet, illud ipsum quoq; finem aliquè agnoscat, cujus obtinendi atq; impetrandi gratiâ intendatur; Rectè progredi jam censebimur, si post super enucleatam *Quantitatem & Finitudinè*, paulatim ad operationes corporis naturalis accedamus. Quid n. nobis corpus utilitatis afferret, si maximè constans *Quantò & finitò* haberetur, nihil autem efficacix vel operationis ex sese emittere posset: cum tamen nullum corpus *ὅσῳ* dari queat & debeat ex naturâ hac constituta, quod non effectum aliquem laudabilem post se relinquat. Unde constat, ordinem in hisce *affectionibus internis* (ut sunt *Quantum, Finitum, Quale, Mobile*) partim *actualibus*, quemadmodum se habent tria priora, partim *potentialibus* seu cum *dividuis* junctis, quomodo *Motus* tantum constituitur: rectissimè à nobis esse conformatum. Quia enim ea, quæ sunt priora, universaliora, & in actu, seu propter completum in suo genere habentur actum, jure præponuntur illi, quod imperfectionem quandam includit, adeoque reliqua

*Quantitas & Finitas corpus naturale tantum in suis circumscriptis terminis conservant & detinent; Qualitas autem præsuppositâ forma in verius progreditur in operationibus & efficacis producendis. Omne corpus est quidem Quantum, Finitum & Quale*





actu; non liqua ex necessariò quodam præsupponit: sequitur  
autem mo- *Quantitatem, Finitudinem, & Qualitatem* priore locò  
tui semper explananda esse, ultimumque attribuendum ipsi *Mo-*  
est subiectū *tui.* Quamvis etiam certum sit, *Quantitatem* prægres-  
actualiter sâ Disputatione unâ cum *Finitate* visam, eamque ut de-  
intellecto. terminatam, & cuique corpori naturali propriam, con-  
junctionem materiæ & formæ simul efflagitare: Inte-  
rim tamen negari nequit, de originariâ & fundamenta-  
li ratione si loquamur, illam in indeterminatione & fu-  
*Affectiones* sâ acceptione pensatam, *Materiæ* acceptam referri:  
*corporis na-* non secus ac *Qualitas* jam exponenda, ex origine pro-  
*turalis ori-* venit à *Forinâ*, ita tamen ut pro peculiari effectione ac-  
*untur ex* proprietate corporis naturalis habita, à totò corpore  
*junctione* profluere rectissimè statuatur. Quia autem jam extra  
*duarum es-* *ἀμφοτέρων* habetur raturam, *materiam* naturâ *Forma*  
*sentialium* priorem esse: indubitatum quoque manebit, prius hîc  
*partiū ma-* de *Quantitate*, ratione originis primæ *materiam* agno-  
*teriae nim.* scente, quàm de *Qualitate*, *formam* in fundamentò  
*& formæ:* licet quoad primo præsupponente, tractandum agendumve esse.  
*originem* Præsertim cum *partim* magis absoluta, ut est *Quantitas*  
*πρώτως a-* *tas*, cum necessariâ insequente *Finitate*, sint præsuppo-  
*gnoscat vel* nenda, *partim* ob principium naturale *ἀπλῶς* primum,  
*materiam,* quale est *Materia*, doctrinam & causarum & *Princi-*  
*vel πρώτως* priorum generalem citius. *Quantitas* illa insequatur.  
*formam.* Post *quantitatem* autem *naturæ & doctrinæ* (cùm, nisi  
præsupponatur explicata *Quantitas*, *Qualitas* rectè  
non percipiatur, nî velis dicere, consequens rectè &  
sufficienter intelligi, sine accuratâ antecedentis co-  
gnitione) sequitur *Qualitas*, quam pro ratione instituti  
sequentibus, cum *Deo*, planiorem reddere conabi-  
mur.



Problema Unum.

An Qualitas pro peculiari corporis naturalis proprietate sit agnoscenda, & quid ea sit?

Quemadmodum Theologus, ex fundamentō imo demonstraturus veritatem rerum mysticarum & revelatarum, primum fontem veteris foederis diligentissimè & accuratissimè, pensitatis scilicet post Dei termaximi ardentem veramq; in vocationem omnibus textuum sacrorum antecedentibus & subsequētib; attendit, ne forsan necessariam observationem in unō vel altero elegante vocabulo defosam negligenter omitterat, sicq; ansam vel errori vel ignorantiae ulterio-  
Obj. i. cuius sensus est, efficaciam rei non inferre Qualitatem corporis naturalis: cum illa etiam competat Deo & Angelis, imò animis hominum.  
manifestissimam præbeat: Ita etiam Philosophus, qui, illa etiam præsuppositâ à Deo ter Opt. max. productâ natura, ex-  
Si iustitia & sanctitas essent qualitates naturales: homo necessario & semper esset iustus & castus, ut de Angelis in genere non  
inde veritatem colligere debet, ante omnia operam dare tenetur, ne corpus aliquod vel simplex vel compositum prætereundo, imperfectè ratiocinetur, sicque occasionem difficultatibus non facilè superandis satis apertam præbeat. Proinde nos quoque jam ἀνεξιβέστερον inquiremus de præsentē quæsitō: an scilicet initiō Qualitas sit peculiare corporis accidens; distincta ac à reliquis seorsim & peculiariter tradenda affectio seu proprietas. Pro cuius quæstionis negativâ tale proponimus dubium: Per quodcunq; res est efficax, illud est Qualitas corporis naturalis. Sed per sanctitatem & iustitiam res (ut sunt Deus & Angeli) est efficax. E, sanctitas & iustitia sunt Qualitas corporis naturalis. Conclusio hæc est ἀτρεπὸς ἀτοποτάτη, eò quod Deus corpus natura-

A 3

le dici dicam.





*Fortitudo* le dici planissimè nequeat, sicut & Angeli. Proinde in  
*Et potentia* hâc legitimâ syllogismi structura, necessum est vel Ma-  
*eorum im-* jorem vel Minorem falsitate aliquâ manifesta labora-  
*plâta bis* re. *Minor non fallit*: siquidem negari nequit, *Angelos* per  
*omnibus in* sanctitatem & justitiam (in quibus præcipuè imago Dei  
*cluditur.* consistit, implantata creaturæ rationali, ut colligitur  
*Quamvis* ex *Iob. 8, 44 Gen. 1, 27. Eph. 4, 24. Colos. 3, 10.*) sicut & i-  
*actio sit sē-* per totius plam veritatem, quam priora duo supponunt, operati-  
*supposita* ones suas omnes perficere, cum impossibile sit creatu-  
*men modus* ram ullam, licet præstantissimam, & ex primævâ crea-  
*ut ita lo-* tione generosissimam, immediatè per suam substanti-  
*quar, ratio* am agere in operando. Deinde *Deum ipsum beatissimum*  
*ne nostri cō-* quod concernit, sine omni absurditate dicere possu-  
*ceptus ritè* mus, quod per sua æterna & omnipotentissima idio-  
*est ponēdus* mata operetur. Quomodo dicimus, illum per suam  
*In Deo ju-* stitiam, *san omnipotentiam* creasse totum hoc universum, per &  
*stias &* re propter summam *misericordiam* illud conservare, & in  
*liqua non* *τὸ εὐαγ* custodire: item per suum ineffabilem *amorem*  
*sunt Quali* ac *dilectionem* latissimè curasse pro nostris peccatis in  
*tates pro-* propriò Filio: per strictissimam immotamque *justitiam*  
*propriè sic di-* contemptores finales sui & suorum æternis cruciatibus  
*ctæ: quia* subicere. Ubi sanè respectu nostri unum idioma seu u-  
*sic essent ac-* na proprietas discerni potest ab aliâ licet in se maneant  
*cidentia* .na proprietatis, adeoque ratione essentia *τὸ ὑπόθητα* di-  
*quod est ab-* conjunctissima, adeoque ratione essentia *τὸ ὑπόθητα* di-  
*surdum.* cant: id quod patet ex diversimodè productis opera-  
*Aliàs darē* tionibus; siquidem *justitia* quatenus justitia ratione  
*tur plures* nostri abstracta, non creat aut salvat peccatores pœni-  
*essentia in* tentes, neque *misericordia*, quâ talis, damnat incredu-  
*simplicissi-* los & finaliter impœnitentes, licet in essentia divinæ  
*mō Deo,* domiciliò unam constituent substantiam seu Existen-  
*quod est in* tiam. Unde patet, vitium latitare in *Majore* propositio-  
*cōveniens.* ne:



ne cū tamen videatur extracta ex Qualitatis Phy-  
 sica definitione. Verū, antequam de verā ποιότητος de-  
 finitione agam rem ab ovō quod ajunt, auspicabor,  
 monstrando differentiam inter operationes rei spiritu-  
 alis & quidem infinitæ, ac spiritualis finitæ, vel per se  
 vel per accidens peculiariter subsistentis. Nam præsup-  
 ponere necessariò debemus, actiones partim Deo infini-  
 to & æterno tanquam spiritui simpliciter simplicissi-  
 mo: partim Angelis, creatorem in simplicitate suam  
 statim ob propriam subsistentiam ac essentialem  
 subsequentibus; partim denique Animis hominum, ob  
 separationē à corpore accidentalem obtinentibus sub-  
 sistentiam, tribui & legitimè assignari posse. Ideo que a-  
 ctiones harum rerum seu entium omnium ut præsup-  
 positæ habentur, & tantū modus in omnibus tribus  
 quærendus restat. Unde de Deo primū agendum.  
 Quia autem Deus est absolutissimè & principalissimè  
 primum ens, sequitur illum compositionem aliquam  
 non agnoscere, quicquid etiam vel Photinianizans Cal-  
 vinista Cunradus Vorstius, vel alij aperti Photiniani per  
 inevitabiles ἀντιλογίας ineptiant. Proinde sic argumen-  
 tor: Quicquid nullam planè agnoscit compositionem  
 realem & Physicam, seu etiam hyperphysicam, vel æ-  
 vum vel tempus necessariò præsupponentem, illud me-  
 diantibus Qualitatibus agere nullò modo potest. Sed  
 Deus nullam planè agnoscit compositionem realem &  
 Physicam, sed etiam hyperphysicam, vel ævum vel  
 tempus necessariò præsupponentem. E. Deus median-  
 tibus Qualitatibus agere nullò modo potest. Major  
 constat: quia omnis compositio vel ex materiâ & for-  
 ma, vel ex substantia & accidente (reliquas divisionis

Proprietates non nisi  
 in latiori si-  
 gnificatu at-  
 tribuuntur  
 Deo: cū ac-  
 curatè si sis  
 mātur, sine  
 accidentia  
 vel propria  
 vel commu-  
 nia. Recti-  
 us ergo de  
 Deo loquen-  
 tes voca-  
 mus idio-  
 mata essen-  
 tialia con-  
 stituentia;  
 nullò autē  
 modo conse-  
 quentia, si  
 de Dei in-  
 tima essen-  
 tiā loqua-  
 mur.

Resp. i.  
 De operati-  
 onibus ipsi-  
 Dei sine  
 Qualitati-  
 bus ullis.  
 Argumen-  
 tum. i.

Deus est in  
 speci: eternitates



*Angeli & a-* species Metaphysicas & Transnaturales lubentes omit  
*nime homi* timus, cum nihil faciant ad presentem controversiam)  
*num extra* requirit qualitates & in corporibus naturalibus, & in i-  
*corpus con-* plis Angelis, si eorum operatio attendatur. Et contra  
*stituta, sicut* omnis Qualitas tanquam accidens (essentialis autem  
*in avo: cor-* constituens Qualitas est implicatio contradictionis)  
*pore autem* praequirat aliquam substantiam, in qua *partim* susten-  
*naturalie* tetur, *partim* etiam ex qua operationes suas producat  
*sunt in loco* & exerat. *Vbi ergo* mera est substantia sine omni acci-  
*& tempore* dente inhaerente generaliter sumt o, ibi etiam non po-  
*physice con* test esse qualitas, & multo minus qualitas Physica &  
*sideratis.* realis. Subsumo: Atqui in operationibus Dei imme-  
diatis mera est substantia sine omni accidente inhaerente generaliter sumt o. E. in operationibus Dei immediatis non potest esse qualitas, & multo minus Qualitas Physica & realis. *Major* est evidentissima: quia omnis Qualitas vel Transcendentalis vel praedicamentalis est distincta ab eo, cuius est Qualitas, adeoque semper perpetuoque inhaeret, & substantiam a se distinctam praesupponit. Porro: *Vbicunq;* est actio entis, & tamen nullum accidens inhaesivum, ibi immediate ipsa substantia operatur, sine omnibus in auxilium vocatis inhaerentibus accidentibus. Sed in Deo & apud Deum est actio entis, & tamen nullum accidens inhaesivum. E. in Deo & apud Deum immediate ipsa substantia o-

*Potentia* operatur, sine omnibus in auxilium vocatis inhaerenti-  
*Dei non po* bus accidentibus. *Major* certissima est: quia actio ne-  
*test esse in* cessario praesupponit agentem, qui si nulla ad actiones  
*Qualitate.* assumit accidentia inhaerentia, adeoque ijs planissime  
*Sed necessa-* caret, sequitur quod *αμεσως* per infinitam suam & im-  
*ri est in sub* mensurabilem agat potentiam seu substantiam. *Minor*  
*stantia: ali* etiam



etiam extra controversiam vera manet: nisi Deum aut  
 Ens imperitè neges, aut ejus operationes: cum tamen  
 effecta à Deo vel ἀμείσως vel ἐμμέσως profluentia palpa-  
 re queamus. Et quod Deo nullum accidens inhæsiuum  
 insit probamus: Quicumq; absolutè à nullò est, illi etiam  
 non sunt assignata accidentia inhæsiua. Sed Deus ab-  
 solutè à nullò est: E. Deo etiam non sunt assignata ac-  
 cidentia inhæsiua. Major exinde est clara: quia acci-  
 dentia inhæsiua ad unum omnia præsupponunt sui com-  
 productionem & concreationem: eò quod substantia  
 omnis naturâ prior sit suis accidentibus, rem perficien-  
 tibus, nobilitantibus & absolventibus. Ubi autem ali-  
 quid est naturâ prius & posterius, ibi necessariò impor-  
 tatur finitum & creatum, quando scilicet creator pro-  
 duxit substantiam, & ne sui similes infinitos (quos in a-  
 ctuali subsistentiâ ipsa natura remouet) daret, compro-  
 duxit simul finitatem atq; accidentia reliqua. Vbi er-  
 gò portò est accidens inhæsiuum, ibi est finitum, & cre-  
 atum per inuictam & perpetuam veritatem: quæ o-  
 mnia de Deo dici nequeunt. Minor constat: absolutè  
 primus non agnoscit priorem à quò formetur vel fa-  
 ctus sit, nisi manifestè lubeat, & rusticè simul implica-  
 re. Et sic demonstratum est agere Deum, & tamen non  
 indigere accidentibus sibi inhærentibus in illâ ipsa a-  
 ctione, consequenterq; illum Quantitatis Physicæ  
 vel Metaphysicæ & Logicæ (licet illa saltem hîc atten-  
 datur) capacem vel compotem esse nullò modo posse.  
 Deinde quod attinet Angelos, certum est, illos tanquam  
 puros spiritus corpori contradistinctos, quietos semper  
 non esse; sed usque operari ac perficere id, ad quod ef-  
 ficiendum Creator eos ordinavit ac dimisit. Quia ergò

ds enim ac-  
 cidens esset,  
 quod est ab-  
 surdum.  
 Metaphysi-  
 ca quoq; ac-  
 cidetia ma-  
 nent vera  
 accidentia  
 realia, di-  
 stincta à  
 substantiâ:  
 nisi quod  
 generalius  
 perpendant  
 Ens, non tã-  
 tum corpus  
 naturale.  
 4.  
 NB.  
 Infinitum  
 actu tan-  
 tum unum  
 est, Deus  
 nempe Trin-  
 unus.  
 Resp. 2. de  
 Angelis, in  
 actionibus  
 suis Quali-  
 tates, licet  
 non purè  
 physicas, re-  
 quirentib9.

B operan-





Operantur, quæritur an immediatè per suam substan-  
tiam, an verò mediantibus ac intervenientibus Qua-  
litatibus quibusdam ( licèt non merè physicis, sed  
γενικῶς & ratione βάσεως realibus ) seu accidentibus?  
Priorem considerationem falsò ipsis tribui, & posteri-  
orem acceptandam esse hóc patebit argumento;  
*Ratio.* Quicquid est finitum, creatum, & suò modo composi-  
tum ex substantia & accidentibus, illud quando ope-  
ratur, immediatè per substantiam suam agere non pot-  
est. Sed Angeli seu Intelligentiæ sunt finiti, creati &  
Compositio hinc opposi-  
ta est Sim-  
plicissimo, suo modò compositi ex substantiâ & accidentibus. E.  
non spiri-  
tui simplici  
ter: eò quod  
spiritus op-  
positus cor-  
pori & sic  
simplex, cõ-  
positionem  
aliquam ex  
substantiâ  
& acciden-  
tibus ( nisi  
velis omnè  
spiritum in  
finitum di-  
cere) admit-  
tere queat,  
licèt non pu-  
rè & crassè  
physicam,  
que est ex  
materiâ &  
forma pro-  
priè sic di-

Major est  
satis roborata ex prioribus: quia aliàs Finitum omnem  
compositionem exueret seu omnem finitudinem, cum  
tamen finitum finitè operetur, & sic præsuppositâ sub-  
stantiâ ἐμμέσως, accidentibus & jivantibus scilicet ac-  
cidentibus, effectum producat; nisi aut frustra ei acci-  
dentia attributa dicas, aut his præsentibus illud non  
uti, quorum utrumque ἀτοπov. Minor est planissima;  
cùm etiàm ex sententiâ Philosophi Intelligentiæ ad  
motum orbium à primò Ente deputatæ sint ( licèt fal-  
sò, ut alibi invictè ostendimus, & suò locò uberius o-  
stendemus ) ac ordinatæ; & ex Pl. 104, 4. satis manife-  
stum habeatur, Deum ter Max. laudandum in secula,  
facere Angelos suos Spiritus, & Ministros suos flammam ignis: Itè  
ex Coloss. 1, 16. agnoscatur in λόγῳ eterno condita esse universa, in  
rè & crassè cœlis & in terrâ, visibilia & invisibilia, thronos, dominationes, prin-  
cipatus ac potestates. Quibus verbis Angelorum creationem in-  
quæritur, qui non videt ex cõtextu & his ipsis verbis, is nihil  
videt. Et tantùm quoq; de Angelis constantibus suis ac  
cidentibus & qualitatibus realibus, licèt nō merè phy-  
sicè se habentibus, ut postea dicitur. Animum demum hominis  
quod



quod attinet, illa duplicem habet respectum: vel prout  
 forma est, informans actum materiam, eam perficiens &  
 suis nobilitatibus instruens vitalibus: vel prout  $\epsilon\tau\sigma\upsilon\mu\beta\epsilon\beta\eta\kappa\omicron\varsigma$   
 extra corpus attenda, spiritus est à corpore separatus, &  
 supernaturali ratione subsistens. Hoc & illo modo quā  
 do in operationibus suis vel naturalibus (ratione vitæ,  
 naturali cursu, licet non tantum naturali, data & con-  
 celsæ per parentes) effectis & præternaturalibus atten-  
 ditur, aliter dicere non possumus, quàm utrobique  
 Qualitates aliquas requiri, nisi in absurdum antea di-  
 ctum, finitudinis scilicet imperitam negationem, de-  
 labi voluerimus. Quod tamen ita intellectum volu-  
 mus, ut posteriorem subsistendi & operandi rationem  
 ad Metaphysicam vel potius Theologiam nostram re-  
 legemus, & priorem in Physicâ nostrâ retineamus; li-  
 cet tunc effectus non veniat adscribendus tantum for-  
 mæ seu animæ, sed toti composito, homini scilicet ra-  
 tionali & intelligente anima tanquam formâ prædita.  
 Hucusque etiam de Anima, quam in operationibus suis  
 Qualitatibus non esse destitutam, quomodocunque  
 etiam sumas, satis evidenter demonstratum est. Et si  
 lubet, adde sequens argumentum: Quicquid præditum  
 est facultatibus, illud in operatione adjuncto acci-  
 dentium operatur. Sed anima humana, vel in corpore  
 vel extra illud subsistens, prædita est facultatibus. E-  
 anima humana vel in corpore vel extra illud subsistens,  
 in operatione adjuncto accidentium operatur. Major  
 est infallibilis: quia facultates propter operationem,  
 justo tempore & loco instituendam, sunt data. Ubi ergo  
 operatio, ibi si dantur facultates, mediantibus & interve-  
 nientibus, illis facultatibus effectum producit: Etcōtrā, ubi  
 facultates, ibi operatio si habetur, sit  $\epsilon\mu\mu\epsilon\sigma\omega\varsigma$  per ipsas faculta-  
 tes, & cōsequēter per Qualitates: quia facultates sūt Qualitates.

Resp. 3. de  
 animis hu-  
 manis in  
 corpore &  
 extra illud  
 Qualitati-  
 bus suis qua-  
 libuscunq;  
 præditis.

Scribonius  
 Ramista  
 ἰδίοσ υννεα  
 σίαν facit  
 speciem oc-  
 cultarum  
 qualitatum:  
 cum tamen  
 sit ejusdem  
 cum iis la-  
 titudinis p.  
 12: vel ad  
 minimum  
 sub iis inclu-  
 datur tan-  
 quam singu-  
 laria uni-  
 versali.

Ratio.



Dicere enim facultatem propriè sic dictam in acciden-  
 tium numèro, & tamen negare eam Qualitatem; est  
*vel* accidens Substantiam facere, *vel* facultatem planè  
 negare, quorum utrumque satis est incommodum at-  
 que inconueniens. *Minor* non fallere potest: Siquidem  
 potentia seu facultas vegetans, sentiens & rationalis  
 semper adsunt, semperque manent in animâ, etiamsi  
 omnes extra corpus non operentur: Cùm non omne  
 quod adest operetur vel operari debeat, sed tùm demùm,  
 quando *vel* legitima ad operandum adsunt organa, *vel*  
 tempus idoneum ad operationes præstandas non  
 adest, ut patet. Remanet ergò Animam quoque quali-  
 tatem suam non rejecisse. Sed dicis: Non hîc quæri de  
 spiritibus vel infinitis vel finitis, de quibus hætenus  
 est dictum; sed de corporibus naturalibus, an nempe  
 omne corpus naturale necesseriò agnoscat suam Qua-  
 litatem? Scio: & ut hoc eò certius esset, dixi & pro-  
 bavi, quod etiam omnes spiritus finiti Qualitatibus  
 suis orbi esse non possint. Unde à minori ad majus,  
 ita inferre volui: *Si spiritus* finiti, ut sunt Angeli & a-  
 nimæ hominum, in suis operationibus adminiculò po-  
 tentiarum seu Qualitatum (licet non per omnia purè  
 Physicarum, quod meum negotium planè non impe-  
 dit) operantur, qui tamen magis sunt simplices quàm  
 corpora: sequitur quod multò magis hæc ad suas ope-  
 rationes Qualitatem agnoscere debeant: cùm constet  
 ex materiâ & forma propriè dictis. Sed verum prius, ut  
 jam ostendimus. E. posterius quoque inconcussim ma-  
 nere necessariò debet. *Et* ut jam ordine corpora natu-  
 ralia breviter peragremus: de simplicibus dubium ali-  
 quod suborietur non exiguum: quia enim *cælum* neque  
 qualita-

*Qualitas*  
*passiva nõ*  
*negatur ut*  
*à materiâ*  
*fluens, sed*  
*antũ prin-*  
*cipale hic*  
*innuitur.*  
*Ratio pro*  
*Qualitate*  
*omnium*  
*corporum*  
*in genere.*  
*Inst.*



qualitates primas seu simplices, nec secundas seu complexas & compositas agnoscit: verisimile videtur, illud planè nullam agnoscere Qualitatem Physicam. *Sed res plana fiet, si distinguamus inter Qualitatem naturalem generaliter, & elementarem strictè ita dictam. Quia enim non omne naturale elementare est, ut videmus in coelò & stellis coelo appositis, utpote quæ naturalia corpora omninò sunt, licèt non elementaria, seu ex elementis constituta: sequitur quòd (quia in causis ipsis res non procedit, dum scilicet naturale, ut latius, elementare quidem ut angustius sub se comprehendit; verum non contrà, vicissim elementare complectitur ipsum naturale ut latius angustius, seu generalius specialius) Qualitates coeli, si modò coelum ut corpus naturale nobis concedatur, naturales haberi omninò debeant, licèt elementares appellari nullò modo queant. Elementa porrò & Elementata seu ex elemētis composita & mixta corpora suis constare Qualitatibus, extra puto statum esse controversiæ, nisi aut elementa qualitatibus carere, aut ex ijs conflata, naturam suæ originis non æmulari absurdè quispiam dixerit. Idem de corporibus mixtis, animam seu potius anima facultatem, vel vegetantem vel sentientem vel rationalem superaddentibus, verissimum est, quamdiu operationes Physicas producere dicuntur. Hinc claudo totam rem sequenti argumentatione: Quodcunq; post Angelos naturales edit operationes, illud Qualitatibus Physicis carere non potest. Ratio est: quia qualitatibus accedentibus & intervenientibus effecta naturalia demùm producuntur. Sed omne corpus naturale post Angelos naturales edit operationes: Nisi causam in actu sine effectu*

Resp.

NB.

Ratio generalis.

Est in prima figura moralis. do clarè.

B 3

statuas



statuas absurdissimè. E. Nullum corpus naturale Qua-  
litatibus Physicis carere potest. Ad finem observari de-  
*Differ.* bet, doctrinam de Qualitatibus Physicam & restrictam  
ad corpus naturale, non esse permiscendam cum ex-  
plicatione absolutâ ejusdem Qualitatis, eaque Meta-  
physica. Hinc patet Physico parum esse negotii in Qua-  
litatibus Angelicis, vel animæ seorsim extra corpus  
consideraræ, modò constet evidenter omne corpus na-  
turale constare quoque sua Qualitate naturali licet  
non elementari: nisi *partim* accidentia & proprietates  
corporis mixti tantùm hîc ponderari dixeris, *partim*  
etiam corpus aliquod naturale actu dari, quod tamen  
naturales suas affectiones non agnoscat affirmaveris,  
*Ad objectio* & sic corpus non corpus in se itè posueris. Ubi etiam il-  
*nem in initio* lud oblivioni tradi non debet, quod ob dubiam *τὸν ῥεῖ*  
*oppositam.* acceptionem, primum argumentum quatuor admit-  
tat terminos: cùm in Majori putetur res naturalis; in  
Minori verò res præternaturalis; Cùm tamen *Quali-*  
*tas* definienda sit in veritate, per proprietatem cor-  
*Definitio* poris naturalis, illud ipsum aptum reddentem ad  
*Qualita-* operationes necessarias perficiendas. Ubi non opus  
*ris.* est ut sensus hanc efficaciam semper deprehendant.

Sed finio, & Deo me gratum pro gratiâ ex-  
hibita exhibeo.

Finis.

τὰ κατὰ



τα κατὰ συμβεβηκὸς προστεθέντα.

1. An gnarus Philosophiæ Peripateticæ tempus inutiliter perdat, si refutet Raméos.
2. An Aristotelicus, ut talis, sit pestis Scholarum & Ecclesiarum, gratiaque Dei excidat: vel proclivis sit ad hæresin.
3. An Dialectica seu potius Logica sit eadem cum Metaphysica.
4. An Lutherus *Scholasticos* simpliciter rejecerit.
5. An qui VVittembergæ, Peripateticè disputant, habeant tantùm opiniones de opinionibus opinabiliter.
6. An in officii Ecclesiastici actionibus, seu *concionibus* potissimū, nullus planè deprehēdatur usus Logices.
7. An *Dialectica seu Logica* (quia hæc duo non rectè scit distinguere Ramus) *Rami*, præ Philippi Erotematibus, ut lumen lucem in tenebris præferat ad intelligendam artem illam.
8. An sit contra simplicitatem Piscatoriam sacrarum literarum, vel aliàs ἀπλῶς vitiosum adhibere terminos artium ac disciplinarum Ciceroni ignotos, & ab ipsò nunquàm usurpatos.
9. An *de bono & malo* Entitativè sumtis, in alià disciplina philosophica possit disputari, quàm Metaphysicâ.
10. An Diogenes Platonis idéas, *mensēitates & cyathitates* rectè exploserit, sicq; abstractiones Metaphysicæ sint vitandæ.
11. An *Transcendentia*, quæ neq; in coelò neq; in terra usquã sint, possint per se dici supersticiosæ traditiones.
12. An Metaphysicæ concertationes sint de rebus planè nihili & non entibus.
13. An bonâ cum conscientia doctrinam Aristotelicâ, seu veram, sobriam & sanam Philosophiam possimus cum quibusvis comparare fabulis.
14. An



14. An semper & perpetuò affirmanti priùs incum-  
bat probatio.

15. An verè pius abusum Disciplinarum & Faculta-  
tum possit imputare ipsi veritati rei.

16. An ex Philosophia Raméa, si per omnia in Logi-  
cis & Physicis tantùm debeat defendi, sequatur in  
legitimâ consequentia *Calvinismus & Photinismus.*

*ἐπίκεισις.*

Nos cum Deò nostro, omnis veritatis, in omnibus  
Disciplinis ac Facultatibus *partim* patefactæ ac inven-  
tæ, *partim* adhucnum absconitæ, auctore & fonte primæ-  
vò, sicut & verà Philosophia & Theologia manum sup-  
peditante, *negantem* tuebimur sententiam de adpositis  
*εὐζητήσεσι* universis, præter ultimam; cuius *affirmantē*  
ad oculum in conflictu ipso dabimus probatissimam.

Diligite pacem & veritatem *Zach. 3, v. 19*; in quibus nos  
servet Deus noster trinunus, benedi-  
ctus in secula.

**FINIS.**





05 A 405

ULB Halle 3  
004 208 560




V017











36

DISPUTATIO DECIMA  
*Problematum ac Controversiarum*  
*Physicarum Generalium.*  
De  
**QUALITATIS NE-**  
**CESSITATE IN CORPORE**  
**NATURALI.**  
*Quam*  
Movente ac promovente Deo,  
vero Servatore  
*PRÆSIDÈ*  
**M. ZACHARIÀ FLOT-**  
VVEDELIO Brunsvigâ-Saxone.  
*In florentissimâ Academia Leucorea*  
*Publicè ventilandam exhibet*  
**DETHMARS BUSMANNUS**  
Cellâ Saxo  
*Ad diem 2. Decembris in veteri Collegiö, horis*  
*antemeridianis.*

---

WITTEBERGÆ  
*Exscripta typis Iohannis Matthæi,*

---

ANNO M. DC. XV.

